

maior et potentia. A romanis princeps hanc dignitatem non sibi accipit. Quia exprobratione irritat. Herodes cum ipsa herodiade pecunia multa assumpta romam profectus. Cumque apud gazium quereret cur sibi hic honor potius non esset collatus. indignatus gaus non cessante petenti etiam gressa tollenda decuit. Sicque herodes cum herodiade ad hispaniam maxillum missus est. Hic fuit herodis. Verum agrippa qui herodes cognominatus est. ipse est qui iacobum fratrem iohannis gladio percutit. petrumque in carcerem missum. quatuor militum quatuordecim custodiendum tradidit. Hic cum quadam die cum tyrisis iherosolymis causam acturus processisset. et ipsi splendore deauratarum uestium solisque radio lucentium. ad non homo clamaret. in superbia elatus subito ab angelo percussus est. et post aliquod dies perseverante egrediendo finivit vitam. Hinc successit filius agrippa qui in actibus apostolorum cum veronice matre sua ad festum presidem missendum descendisse legitur. atque cum paulo eadem preside presentato quaedam iocunde et fabulatus memorat. Huius temporis regnum iudeorum attico et uespasiano subuersum est. Primum namque herodes fuit ille sub quo natus est christus. qui et paruulos occidit. Sed et filius eius sub quo passus est christus. qui iohannem baptistam decollauit. et agrippa herodes. cuius auus primus fuit herodes sedes patrum.

et sic. iacobus. interfecit.

*Liber iste pertinet ad scriptum quod dicitur in iherosolymis*

Liber collationis

